

Iter octavum: Salzburg **Zusatzmaterial und didaktische Vorschläge**

Vorschläge für Themen für Kurzreferate, die über die üblichen Referate zu einzelnen Orten hinausgehen:

Allgemeines

- Quintus Fulvius Lippinus: Die erste Tierhaltung der Antike
- Die *Naturalis Historia* von Plinius dem Älteren
- Geschichte, Zielsetzung und Problematik von Tiergärten
- Die Fabeln des Phädrus und Äsop
- Tiere in der Fabel: Beispielhafte Eigenschaften

Kreatives

Der Spaziergang durch den Tierpark bietet sich auch für kreatives Schreiben an. Sei es, dass Etymologien erfunden werden, sei es, dass aus der Betrachtung kurze Geschichten entstehen, sei es, dass Fabeln im Stile des Phädrus geschrieben werden.

Lateinische Texte

Plinius, *Nat. hist.* 8,79 (Ziege und Steinbock):

Caprae tamen in plurimas similitudines transfigurantur. sunt caprae, sunt rupicaprae, sunt ibices pernicitatis mirandae, quamquam onerato capite vastis cornibus gladiatorum ceu vaginis. In haec se librat, ut tormento aliquo rotatus, in petras potissimum, e monte aliquo in alium transilire quaerens, atque recussu perniciosus quo libuit exultat.

Horaz, *Satire* 2,6,79-89 (Mäuse):

[...] Olim
rusticus urbanum murem mus paupere fertur
accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum,
asper et attentus quaesitis, ut tamen artum
solveret hospitiis animum. quid multa? neque ille
sepositi ciceris nec longae invidit avenae,
aridum et ore ferens acinum semesaque lardi
frusta dedit, cupiens varia fastidia cenā
vincere tangentis male singula dente superbo,
cum pater ipse domus palea porrectus in horna
esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.

Plinius, *Nat. hist.* 8,44 (Mäuse):

Nec minus clara exitii documenta sunt etiam contemnendis animalibus. M. Varro auctor est [...] ex Gyara Cycladum insula incolas a muribus fugatos.

Plinius, *Nat. hist.* 8,54 (Bären):

Sanguinis exiguas circa corda tantum guttas, reliquo corpori nihil inesse.
[...] oculi eorum hebetantur, qua maxime causa favos expetunt, ut convulneratum ab apibus os levet sanguine gravedinem illam.

Plinius, *Nat. Hist.* 8,80 (Affen):

Simiarum quoque genera plura. hominis figurae proxima caudis inter se distinguntur. Mira sollertia visco inungui laqueisque calciari imitatione venantium tradunt [...] Lunam cavam triste esse, quibus in eo genere cauda sit, novam exultatione adorari. Nam defectum siderum et ceterae pavent quadri-pedes.

Simiarum generi praecipua erga fetum adfectio. Gestant catulos, quae mansuefactae intra domos pe-perere, omnibus demonstrant tractarique gaudent, gratulationem intellegendibus similes, itaque magna ex parte conplectendo necant.

Plinius, *Nat. Hist.* 8,16 (Rentier):

Nullo suffraginum flexu, ideoque non cubantem et adclinem arbori in somno eaque incisa ad insidias capi, alias velocitatis memoratae. labrum ei superius praegrande; ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur.

Phädrus, *Fabulae* 1,10:

Quicumque turpi fraude semel innotuit,
etiam si verum dicit, amittit fidem.
Hoc adtestatur brevis Aesopi fabula.
Lupus arguebat vulpem furti crimine;
negabat illa se esse culpae noxiam.
Tunc iudex inter illos sedit simius.
Uterque causam cum perorassent suam,

dixisse fertur simius sententiam:

'Tu non videris perdidisse quos petis;
te credo subripuisse quod pulchre negas'.

Plinius, *Nat. Hist.* 8,14 (Schlange):

Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo imperatore ballistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens CXX pedum longitudinis; pellis eius maxillaeque usque ad bellum Numantinum duravere Romae in templo. Faciunt his fidem in Italia appellatae bovae in tantam amplitudinem exeuntes, ut Divo Claudio principe occisae in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. aluntur primo bubuli lactis suctu, unde nomen traxere.

Plinius, *Nat. Hist.* 8,17 und 19 (Löwe):

Leoni praecipua generositas tunc, cum colla armosque vestiunt iubae; id enim aetate contingit e leone conceptis.

Leoni tantum ex feris clementia in supplices. prostratis parcit et, ubi saevit, in viros potius quam in feminas fremit, in infantes non nisi magna fame.

Phädrus: *Serpens et lacerta*:

Serpens lacertam forte adversam prenderat,
quam devorare patula cum vellet gula,
arripuit illa prope iacentem surculum,
et pertinaci morsu transversum tenens
avidum sollerti rictum frenavit mora.
praedam dimisit ore serpens inritam.